

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium y
cum fonte primo

Metellius respondit
Mario cuius filiam dote diuitem, forma nobilem,
genere claram, fama felicem ducere noluit:
malo, inquit, meus esse quam suus.
Cui Marius: immo ipsa erit tua.
At ille: immo uirum oportet uxoris esse.
Logicum enim est; talia erunt predicata,
qualia subiecta esse permiserunt;
sic facecia uerbi Metellius diuertit
dorsum ab oneribus eius.

Valerius ibidem (in epistola ad Rufinum).

Mettelus Mario respondit,
cuius filiam dote diuitem, forma nobilem,
genere claram, fama felicem ducere noluit:
‘Malo meus esse quam suus.’
Cui Marius: ‘Immo ipsa tua erit.’
At ille: ‘Immo uirum oportet uxoris esse;
logicum enim est “Talia erunt predicata
qualia subiecta permiserint.”’
Sic facecia uerbi Metelli diuertit
ab oneribus dorsum eius.

Gualterus Map, *Dissuasio Valerii ad Rufinum
ne ducat uxorem* (M.R. James, C.N.L. Brooke,
R.A.B. Mynors eds., p.302).